Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Handexemplar: Abbreviatvrarvm Hebraicarvm svpplementvm primvm : In Alma Fridericiana Bvetzoviensi Ad Diem [ ] Febrvar. 1768 ...$dMss. orient. 245(2)

[Nachlassmaterialien], Rostochii: Litteris Adlerianis, 1768

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn870486977

Nachlassmaterial Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn870486977/phys_0001
DFG

Mss. orient. 245 (2)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn870486977/phys_0002
DFG

ABBREVIATVRARVM HEBRAICARVM SVPPLEMENTVM PRIMVM

IN

ALMA FRIDERICIANA BVETZOVIENSI
AD DIEM III. FEBRVAR. 1768
H. L. Q. C.

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
SVBIICIT

OLAVS GERHARDVS TYCHSEN

PHIL. D. ET LL. OO. PROF. PVBL. ORD.

RESPONDENTE

ERNESTO WILH. SAM. ASMIS

WESENBERGA-STRELITZENSI
THEOL. CAND.

Opponentes fuerunt
Fr. Jo. Christ. Drechsler Sverinens. Theol. Cult.
Frid. Christ. Holst Lichtenhagen-Megapol. Theol. Stud.
— Walter Phil. Doct. — —

ROSTOCHII,
LITTERIS ADLERIANIS.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn870486977/phys_0003
DFG

Altonaischer gelehrter Mercurius 14 Stück d. 7 Apr. 1768.

Butzow. Man hat schon lange die Notwendigkeit eingesehen, die abgekürzte Schreibart der unter uns wohnenden Juden zu erforschen, und bekant zu machen. Der gelehrte Herr Professor Tychsen welcher eine seltene Kentniß des heutigen Judentums besitzet, hat eine Nachlese von mehr als 200 Abbreviaturen, welche bisher in den Schriften noch nicht sind angefüret und erkläret worden, in Alphabetischer Ordnung drucken lassen, und denenselben einige gelehrte Anmerkungen, die wir zum Theil im Anfang dieses Blatts wiederholet haben, vorgesetzet. Je nötiger die Erkentniß der jüdischen Schreibart besonders an solchen Oertern, wo sich zalreiche Judengemeinen befinden, ist, desto grösser ist das Verdienst, welches sich der H. Professor durch seinen hierüber erteilten Unterricht erwirbet, und von wem könten wir eine ausfürliche und gemeinnützige Anweisung in diesem Stück mit mehrerem Recht wünschen und hoffen, als von diesem unserm ehemaligen gelehrten Mitbürger dem verdienten H. Prof. Tychsen. Abbreviaturam ebr. etc.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK ROSTOCK

COROLLARIA RESPONDENTIS.

1) Qui cum cel. Kennicoto Diſſ. 2. p. 222 — 250. e praefatione Bibliorum a R. Jacob b. Chaiim adornatorum demonſtrari poſſe contendunt, hunc Rabbinum in edendis Bibliis vſum fuiſſe manuſcriptis peſſimae notae et aetatis recentiſſimae; nae illi egregie falluntur, et vel hanc praefationem nondum attente in fonte legiſſe, vel legere non potuiſſe aperte produnt.

2) Dictionem עזאזל Leuit. XVI. 7. Aben Eſra in ſuo ad h. l. commentario recte interpretatus eſt כהיותך שלשים שלוש תרענו h. e. ſi fueris triginta tres, cognitam habebis. Nodum ſoluet cap. XVII. 7.

3) Pronuntiatio ebraica, qua Judaei Germaniae atque Poloniae vtuntur, cum Syriaca ex aſſe concordat, ideoque eiusdem cum Syriaca originis et aetatis merito cenſenda eſt. Jdem fere valet de illorum litteris tenuioribus, vulgo Current-Schrift dictis.

4) Germani nomen deſcendere videtur a Rabbinico גרמני (Germani) quod candidum ſ. album facie denotat, reſpectu

כוש aethiops a nigro colore; Tatari a flauo colore. Eaque nobis potior cae-
teris omnibus videtur sententia, qua stamus, donec meliora edoceamur.

Graeci deducunt a Javan Japheti filio. Vide hebraeicum
ionim: quod ἀπὸ τοῦ ἑλληνίζειν ronant.
et apud Homerum Iones scribuntur
Ioves, et Alexander M. Graeciae rex Dan. 8, 21. Rex Javan vocatur. Sed haec notiora sunt, quam vt ijs
immorenur. Horat. artes

spectu reliquorum orientis populorum, quorum color
maximam partem flauus et niger est.

Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
Musa loqui — formae

5) Dialectus heneta matrem veneratur linguam graecam.
rum colonarum abductis e.c. Borum et Jonum in Asiam; Aeolum in insulam Lesbum
parlend; Graecae magnae nomen inde adeptam.

Lingua graeca a
progenitrice ma
gnis fuit plurimis
gentibus Italiae

Bovs, bos, vitta. Κεφαλος
Κεφαλὴ theca. Κεφαλὴ effecta
κεφαλὴ, creatura

6) *Lübeck*, nomen habet a *Luitbeke*, fluuio paruo s. angu-

Roos fluuio
aquarum
Rossa retia

M. Herm. Sieth. Krohn J.V.L.
Scriptor. Lubec. in schedio de
rebus Swartouianis: p. 355.
Slauorum natione ad occasum
fluuius Schwentina, qui in
hodie die Schwartow vocant,
residebant

sto, quam deriuationem inaffectatam, et vrbis situs, et
duo pisciculos in conclia
figillum vetus, et diploma in Jll. Dreyeri Samlung
vermischter Abhandlungen erstem Theil. Rostock. 1754.
8. p. 121. 122. conspicuum, ratam omnino habent.

Habent grauis quadra-
placentarum, quo
cephales dicunt, quo quilibet
Judaeus Sabbatho vesci solet
Sibalis autem Lupum quoque in L. Polonica denotat.

7) Judaei Lupum die Sabbathi, furore incensi religioso cor-
uitant, modo eo potiri possint.
2. Scriptura tam est aequiuoca, vt varias admittat
explicationes et lectorem dubium relinquat
qualem arripiat; illa non potest perspicua dici

8) Vox IVD non semper, (quod Deus auertat!) vt Judaei
stolide gloriantur verpum denotat.

Apostolus Paulus ad Titum 1, 12.
κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται
κακὰ θηρία, γαστέρες
ἀργαὶ, Cretenses semper mendaces
malae bestiae, ventres pigri.

9) Judaei Rützowienses in rixis, calliditate et ratione haud
plane perdita, omnibus Megapoleos Judaeis longe ex-
cellunt.

1. Lingua in ore hominum vere sa-
cra est, illa recte dicitur mortua.
Sc. lingua Theotisca aute 1000
annos considera, hen quam dissi-
milima est a moderna nostra,
quam tamen nihilo secius viuentem
dicetis. Lingua viuens est, quae in ore hominum versatur, et a puerilibus ora labia matris haurit.
Distinguimus in linguam hebr. veterem et nouam, quae dialectus dicitur rabbinica.

10) Lingua ebraea, falso dicitur mortua. Nam in terra
Canaan, teste experientia, aeque adhuc est sermo na-
tiuus, ac dialectus Syriaca.

Com-

Temporis successu noua subinde orta sunt vocabula vel ob climatis, aeris victusque
mutationem, diuersas rerum ideas, nouitatis studium, commixtionem cum gentibus
bella, commercia. Sed omnia haec linguam non mutant sed tantum modo augent,
modo eandem grammaticam obscurat.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn870486977/phys_0006
DFG

Compendia scribendi, quae Hebraei in sinu atque deliciis supra quam cuiquam credibile est, habent, multorum quidem eorumque in litteratura ebraea exercitatissimorum, acuerunt industriam, quorum catalogum sat amplum B. Jo. Christoph. Wolfius in Bibliotheca Hebr. Tom. II. pag. 574. 575. IV. p. 250. 251. suppeditauit; tantum vero abest, vt omnia exhauserint, vt potius spicilegium locuples legentibus reliquerint. Nam hi viri docti, quorum famae nihil detractum volo, si vnum alterumque exceperis, perpaucas admodum in catalogos suos retulerunt abbreuiaturas, decurrentis aeui Judaeis vsitatissimas, quo fit, vt ad scripta Judaeorum, hisce notis in totum pertexta sine hallucinatione legenda omnibus earum cognitione destitutis interclusus sit aditus, nec contingat hanc adire Corinthum. Operae itaque pretium me facturum spero, si huic defectui medelam pro virili parare, et quae ipse ex quotidiana Rabbinorum lectione, conuersa-

uersatione litteralique cum eis commercio collegi, publicae exponere luci haud defugiam, vt aliquando omnibus numeris absolutum Abbreuiaturarum ebraearum opus, hucusque a rei peritis maxime exoptatum effici possit. Ita tamen praesenti hac exercitatione agam, vt abbreuiaturas ab infra laudatis scriptoribus iam recensitas, omnes silentio transeam, ne crambe bis cocta mensam exstruere, aut fontibus aliorum hortulos meos irrigare videar. Particulae vero secundae huius opusculi, Nominum propriorum, librorum titulorum etc. detruncationes, quas coniectura assequi vel Oedipo interdum opus est, curate concredam, quarum cognitio dici non potest quantum afferat praesidii ad legendos Rabbinorum libros, praesertim iuridicos.

Quaenam sint, et quomodo diuidantur abbreuiaturae ebraicae pluribus persecuti sunt Sebast. Münster. in opere grammatico Basil. 1549 et 1563. 8. p. 297. sq. Io. Mercerus in Tabulis in Grammaticen Chald. Paris. 1560. 4. p. 107. sq. Gilbertus Genebrardus in Jsagoge rabbin. Lutet. 1587. 8. pag. 76. sq. Ioh. Quinquarboreus de Notis Paris. 1549. 4. Georg. Weiganmeierus in Jndice abbreuiaturarum Tubingae 1604. 8. qui quoque Schindleri Lexico pentaglotto subiunctus est, Ludouicus Franciscanus in Globo canonum et Arcanorum l. sanctae Romae 1586. 4. pag. 597. sq. Jo. Buxtorfius in praefatione abbreuiaturarum ebraearum, vt itaque ablegando lectores ad modo dictos scriptores, leuatus hac disquisitione esse queam. Non tamen me continere possum, quin quaedam huc facientia a supra laudatis intacta relicta breuiter ad sua capita collecta proferam, ne quod ad rem pertinet, praetermittere videar.

I.) Tem-

I.) Tempus, quo haec consuetudo notis scribendi apud Ebraeos inualuit, certo definiri nequit. Sommerus quidem in specimine theologiae Soharicae pag. 43. sq. antiquissimam pronunciat; contra vero Fullerus miscellan. lib. 2. cap. 13. hoc scribendi artificium. quo scribitur vna littera, vt sit integrae alicuius dictionis signum, ad Maccabaeorum tempora non pertingere, sed recentiorum Judaeorum esse inuentum, ex nominis נוטריקון originatione latina concludit. Apud gentes sane a multis inde temporibus in vsu fuisse testatur Lex 6. §. vlt. ff. de bon. poss. qua litteris, non notis testamentum perscribendum sancitum est. Mediam autem viam et in hac disquisitione tenere tutissimum duco. Negari enim non potest, Cabbalistis multis ante tempestatibus litteras numerare transponere, e singulis dictiones integras formare, etc. solemne fuisse, vt taceam auctores masorae, in qua innumerae occurrunt abbreuiaturae. Sed hic oritur alia quaestio captiosissima, denturne in Sacris litteris abbreuiaturae, nec ne? De numeris in S. S. occurrentibus, quod primitus litteris numeralibus, non verbis integris expressi fuerint, post Scaligerum, Cappellum aliosque disertis verbis in suis dissertationibus super the State of the printed Hebrew Text of the Old Testament Oxford 1753. et 1759. 8. passim v. g. Diss. I. p. 96. 463. 474. 525. Diss. II. p. 209 — 212. 215. 438. 513. etc. statuit Cel. Kennicotus. Sed de meo sensu si iudicem, nulla nos necessitas cogit, vt statuamus antiquitus in S. S. singulis litteris numericis fuisse indicatos numeros. Librarii enim in integrarum dictionum, aeque, ac in numeralium litterarum descriptione errare potuerunt. Quid? quod ipsius S. S. codices msti omnes, numeros, plene, seu integris

M. Rich. Simon Hist. Crit. V. T. Lib. I. Cap. 23. pag. 130. a. Scriptores Biblicos non litteris numeros significasse sed integris vocibus exserte scripsisse Cf. Cappelli Critica Sacra Part. I. Cap. III. §. IX. p. 119. Edit. Lips. 1728. 4.

integris dictionibus exaratos contineant, quos a Judaeis ita e notis numericis transformatos statuere velle plane ridiculum foret, quum iam Hieronymi tempore, hebraicas computationes, singulis litteris, non integris vocibus exprimere, Judaeis in more positum fuisse et adhuc familiarissimum esse constat, nec ex omni antiquitate eiusmodi metamorphosis vllo praetextu demonstrari et rationibus euinci potest. Nec minus Vignolius in suo libro: Chronologie de l'histoire sainte Livre I. §. 20. iucundus est, qui hebraeorum olim numeros ciphris nostris haud absimiles fuisse, et ab Arabibus ad illos multis ante seculis transiisse coniicit, quam coniecturam, quoniam hypothesi suae lenocinatur, probabilem dicit cel. Kennicotus diss. I. p. 531. sq. II. p. 196. 208. licet res notissima sit, Arabes, quamdiu vsi fuerunt scriptura Kufica a Moramero aliquot ante Mohammedanismum annis inuenta, nam antea litteras plane nesciebant, semper numeros, non ciphris, quae recens inuentum sunt, sed integris dictionibus expresserunt, vt videre est in numis Kuficis a Sec. IIX. ad Sec. XII. cusis. Dantur quoque alii abbreuiaturarum S. S. patroni, qui terminationem pluralem vocum ורדי, עמי, כרי Ps. XXX. 4. כארי abiectam; Schva subintellectum; ו initiale pro וו; dictiones אשל, מרגלים, סלה item quando punctum του Schin vocalem Cholem simul exhibet; voces superne notatas et id genus alia pro abbreuiaturis habent. Cf. Relandi Analecta rabb. p. 76. 78. 80. Schickardi Jus Reg. p. 110. et alios. Sed nugas has non moror.

X Vid. Eduard Pocock in Notis ad histor. orient. Oxon. 1648. 4. pag. 153 154. 158.

II.) Collectoribus Abbreuiaturarum hebr. a Wolfio B. H. T. II. p. 574 sq. IV. p. 250. sq. indicatis addi possunt sequentes, quos ipse possideo. 1) Da-

1) Dauid de Pomis in ſ. Dictionnario Venetiis 1587. fol. edito foliis 237. et 238. quasdam exhibet abbreuiaturas ordine alphabetico digeſtas.

2) Fratr. Ludouici Sti. Franciſci Globus canonum et Arcanorum l. ſanctae Romae 1586. a pag. 597 — 609.

3) Sixtus Senenſis in Bibliotheca ſancta Colon. 1586. fol. p. 165. a.

4) Jo. Buxtorfius in Catalectis phil. Baſil. 1707. 8. pag. 354. 368. 373. et alibi quasdam affert.

5) Didacus de Quadros in gramm. ebr. Romae 1733. 8. a pag. 207. Partis primae ad p. 216. quasdam e Schindleri Lexico Weiganmeierianas ſuppeditauit.

6) D. Chryſander Prof. Rintelienſis vnam plagulam abbreuiaturarum ebraic. tritiſſimarum ſermone vernaculo Halae 1748. 8. publicauit.

7) In Megerlini geheimen Zeugniſſen p. 40. itemque in Carl Anton vom Sabthai Zevi paſſim pauca quaedam occurrunt ſcribendi compendia. E Judaeis ii ſcriptores, qui tabulam notarum, quibus quilibet auctor vtitur, ſuis libris ſubiunxerunt, huc referri merentur:

8) R. Dauid Cohen a Lara in כתר כהונה ſ. Lexico Rabbin. Hamburgi 1686. f. in calce.

9) Schülchan Aruch edit. Amſtel. 1763. quatuor voll. in 8. cum manibus cohanim in titulo, ab initio cuiusque voluminis.

10) Chinnuch lannaar Amſtelod. 1747. 8. in fronte.

11) Kizzur Schene Luchos habberis Amſtel. 1722. 4. in fine.

12) Chock Jaakob, Deſſau 1706. 4. poſt priuilegia.

18. In Biblijs magnis Rabb. Amstelod. 1724–1727 Tom. I. fol. 2. p. 2. col. 1. et 2. Notae masorethicae explicat Editor R. Mosche Frost Bajan Amstelod.

19 d'Rosenroth Kabbala denudata Sulzbaci 1677. 4. T. I. p. 1–740 passim quaedam praesertim

10 Kabbalisticae rechilet

20. Sepher Jetzira Saccja ס' יצירא דכיא J. gram. ebr. Mardochai Jechiel Michel. Amstel. 1710. 8. fol. penult. p. 2. in fine quaedam profert

13) Sepher Tephillah f. 22. l. 6. sq. quaedam in amuletis adhiberi solita deprehenduntur.

14) Sepher Raziel fol. 44. l. 2. Nomina Angelorum decurtata explicat.

21. ס' שיח יצחק J. gram. ebr. R. Jitzchak b. Schmuel Levi Basil. 1627. 4. fol. 5. p. 2. quaedam notas addit.

15) In Siphte chachamim itemque Amstel. 1706. 4 Wolf. B. H. I. p. 1144.

16) In indice Tikkun hassohar quaedam deprehenduntur.

17) Jacob B. Jsaac Peruschal hammasorah Amsterd. 1651. 4. fol. 3. notas explicauit masorethicas.

III.) Certae regulae, quibus abbreuiaturarum disciplina includi possit, dari nequeunt. Quilibet scriptor vel nouas fingit, vel tritas littera auget aut priuat. Ergo hic vsus defectu adminiculorum, omnium optimus est magister.

22. ס' מעורר זכרון Altona 1727. 8. [illegible] gelata 18 fol. 3. p. 2.

IV.) Compendia scribendi fiunt quoque compendia pronunciandi, et vice versa. Judaei ista abbreuiate pronunciare solent, punctis saepe pro lubitu in mente excogitatis v. g.

23. R. Schabbthai s. Bibliotheca p. 98. Heb. Amstel. 1680. 4. fol. 10. p. 1. l. 25 sq.

גוּרֶה geh שׁוּלְרֶת Schilt בְּרִי Bri בְּרֹשׁ brasch כְּהָרר kharrer, כִּמְהוֹרר Kimhurrer לְפַּק Lphack כַּץ Katz אָהוּ Ahu, זַל Sal פַּח Pach כְּמַר kmar קַק Kak רַט Rat שַׁס schas etc.

24. Joh. Buxtorfius in Tibriad. p. 53–55 edit. 1665. fol.

V.) In abbreuiaturis praesertim tritis et e contextu facile diiudicandis, a celeriter scribentibus signa abbreuiationis saepe omittuntur penitus. e. c. שׁוּלְרֶת it. רְרִיאָק, הָרר etc.

24. ס' עיון יעקב R. Jitzchak Kurjah Afkenasi edit. Furth. 12. apud Chajim b. Jevi Hirsch Jannai indice f. 3. et 4. it. Tikkun Schlomoh Amstelod. 1731. 12. f. 7. p. 1.

VI.) Interdum puncta abbreuiaturis, confusionis vitandae ergo substernunt, praecipue in libris liturgicis v. g. in Machsor אם i. e. אבינו מלכנו it. שֶׁלְ pro שחטאנו לפניך, in quo casu primae cuiusque dictionis litterae punctum proprium substratum est. Cf. Schickardi Jnstitutiones L. E. pag. 29. edit. Lipsiae 1785. 8. Interdum vocem prolongant ob mysti-

25. Jo. Henr. Ben. Starkii Gram. ebr. Lips. 1706. 8. post pag. 330. Jo. Andr. Danzii rabbinismo 8. 65. Wilh. Schickard' institutt. linguae ebr. Lipsiae 1685. p. 28–30. cas

Othonis palaestra ll. ebrr. pauca eaque notissima memorarunt.

cas rationes v. g. pro לֹא 31. plene scribunt: Lamed Aleph, quo illud distinguant a לא partic. negat.

VII.) Dantur abbreuiaturae abbreuiaturarum, quando abbreuiaturam vulgo notam tachygraphiae causſa, denuo detruncant, quorsum v. c. referri possunt כה pro כהר aut כהרר; מ it. מהו pro מהורר; ל pro לפק etc.

IIX.) Abbreuiaturarum origo non modo in Tachygraphia sed etiam in cryptographia s. occultandi studio, et necessitate v. g. ob spatii defectum etc. quaerenda est.

IX.) Judaei interdum in litteris suis familiaribus ebraeo mixtis pro nomine substantiuo, numerum eiusdem cum illo pronunciationis aut soni adhibent, quod incauto lectori facile imponere potest. Legi e. g. in epistola mulieris Gütel e Strelitz: Mein Sohn krigt 10 (loco Zähne) itemque in litteris docti Judaei Strelizens. Jehudae Lebh ben Pinchas; wovor mich wohl in 8 (loco Acht) nehme.

X.) Quaeritur, an allegatio locorum, in quibus occurrunt abbreuiaturae, vsum habeant? Nego quidem de vulgaribus, affirmo autem de minus vulgaribus, vt quilibet librum ipse euoluere, certiorque reddi possit, an verae seu fictae, recentes aut vetustae sint, quibus in libris siue theologicis, philosoph. iuridicis, cabbalist. etc. oecurrant rel. ex quo fructus maximus omnino capi potest.

XI.) Jo. Justus von Einem introductione in Bibliothecam ebraeam Magdeburg. 1737. 8. pag. 108. Buxtorfio iniuste dat

crimini

crimini, „*exscripsisse illum, librum suum de Abbreuiaturis e Plan-*
„*tauitio, qui de his rebus integrum volumen nobis dedit, nemini*
„*facile notum.*“ Sed sycophanta ille rationes suas male sub-
duxit, haud apud animum reputans, mendacem oportere esse memorem. Nam Buxtorfius anno 1613. 8. Basileae Abbreuiaturas suas edidit triginta et quod excurrit annos ante, quam Jo. Plantauitius Episcopus Lodouensis Florilegia sua biblica et rabbin. Tolosae 1644. f. et thesaurum L. S. Lodouae 1645. ediderat, vt itaque is, modo volumen Abbreuiaturarum eum edidisse verum est, Buxtorfii plagiarius dici mereatur. Ego sane illud nunquam vidi, neque eius mentionem apud Wolfium, Jmbonatum aliosque vnquam inueni, vnde in opinionem adducor fore, vt cerebrosum plane Einemii, neque ab eo vnquam visum opus sit, quum neque libri titulum neque annum, locum, et formam editionis indicauerit, quod ne minimae quidem sed vilissimae accurationis indicium est. Quid? quod ipse Plantauitius in Bibliotheca sua ebraica, Florilegio suo rabb. Lodouae 1644. fol. subiuncta vestigia Buxtorfii presse sequutus, et Buxtorfio multa se debere, ipse in praefatione testatus sit. Non tamen sua laude defraudandi sunt supra laudati scriptores, qui facem Buxtorfio praetulerunt, quippe quorum labores, quamuis ex parte rudes, magno ei vsui fuerunt in abbreuiaturis, quas apparauit, vt ipse in epistola dedicatoria fol. 2. a. profitetur, scribens, „animum sibi fuisse, Abbreuiaturas hebrai-
„cas, *post alios omnes* lucidius explicatas et dilatatas proponere etc.“ et ego quoque comparationem horum Buxtorfii antesignanorum, cum illo, instituens, experiundo ipse didici,

vt

Cf. Jac. Fr. Reimmann im Catalogo Bibliothecae orientis: Huius Sc. Buxtorfii exemplo excitatus Plantavitius — ad hanc coronidem aspirare non potuisset, nisi Buxtorfius fundamenta iecisset pag. 132.

vt ſane Einemius quodammodo excuſandus eſſet, ſi Buxtorfium v. g. Münſteri, Merceri, aut Fratris Ludouici plagiarium certo ſub reſpectu dixiſſet.

XII.) Buxtorfii liber de abbreuiaturis primum prodiit, Baſileae 1613. 8. quem Filius auctum ibid. 1640. 8. recudi fecit. Hanc editionem excepit Franequerana 1696. 8. ad quam Herbornenſis, quae vltima eſt, 1708. 8. repetita eſt. Auctor praefatiunculae editionis Herborn. Franequeranam ob typorum, qui vetuſtate videntur fuiſſe exeſi, deformitatem praecipue ſi Hebraica reſpicias, dicit non ſatis adcuratam. Verum praeter rationem. Emendatior certe eſt Herbornenſi, vt oculis facile diiudicari poteſt. De acceſſionibus huic editioni a Jo. Henr. Schrammio et Jo. Adamo Fabro factis non multa praedicare poſſum, quoniam perpaucae, nec vix dignae memoratu ſunt.

Quae hac quidem vice praelibaſſe ſufficiat.

Littera א.

איש בריתי—א׳ב vir foederis mei i. e. fidei ſocius in titul.

אמה בראבנטר—אב׳ב Cubitus Brabanticus. In rationibus.

אלטונא המבורג וואנזיבע׳ק—אה׳ו Altona, Hamburg, Wanſebeck. Scribunt quoque voce ſignificatiua ה׳וא. Hi tres coetus Archirabbinum, Altonae ſedem ſuam habentem ſalario ſuſtentant.

אל הדרת כבודו שלום רב—אהכ׳שר ad decus gloriae ſuae pax multa. In inſcriptionibus epiſtolarum. Pro haderes kwodo vſurpant ſaepius רום מעלתו excellentia ſua.

אג״לא — אל ג׳ א׳ Deus tri-unus Bartolocc. I, p. 73. a. cf. Schudt IV cont. 2 p. 29. Cap. VI. §. 1.

אומות העולם—אה"ע nationes mundi. Vid. R. Chagis Miſchnas Chachamim f. 68. c. 2. Ebhen haeſer f. 92. c. 3. med. Hoc nomine a Judaeis inſigniuntur omnes, qui Judaei haud ſunt. Scribitur quoque cum אה"ת

אחד ואחד—או"א vnus et alter, praecedit כל vnusquisque in Schemot rabba f. 116. c. 2. 107. c. 1. circa fin.

אסרו חג—אח"ג ligate feſtum, quod Lutherus reddidit: ſchmücket das Feſt. In calendariis. Vocantur autem ita dies, feſta maiora proxime inſequentes, vti apud nos: Aller Kinder Tag.

אחרי דרישת שלומו תפארתו—אחד"ש poſt inueſtigationem ſanitatis ſuae honoratiſſimae, h. e. ſi vales, bene eſt. In exordiis epiſtolarum.

אחר חלוף כתב—אח"כ litterae collybiſticae, ein Wechſel-Brief.

אבנים טובות—אט"ו lapides pretioſi, gemmae.

איש ירא אלהים—אי"א Vir timens Deum. In titulis.

אין להקין—אל"ק Non vena incidenda eſt, itemque אין לשבע non eſt iurandum iuſiurandum, nimirum, diebus ab Aſtrologis in Calendariis diffamatis.

אם לא יגיד ונשא עונו—אל"ע Niſi indicauerit ſc. teſtis, feret iniquitatem ſuam. In teſtium examinatione.

אהובי מורי ורבי—אמו"ר f. ארני dilecte mi domine Doctor.

אבא מורי זקני—אמ"ז Dominus auus meus.

ארני מחותני—אמ"ח dominus ſocer meus. Vſurpant quoque de affinibus.

אגב סודר—אס"ד per ſudarium, durch den Mantelgrif. Ritus in emtione et venditione.

את עצמו—אע׳ se ipsum. V. gr. התחייב אע׳ obstrinxit se ipsum. In contractibus.

אור צדיקים—אצ׳ lux iustorum, titulus honoris.

אשי׳ Agio.

אמה פחות רביעית—אפר׳ Cubitus minor quadrante. In rationibus. Addunt, vt res se dant, Aleph, Beth, Gimel etc.

Littera ב.

ב׳ אלפים—בא׳ duo millia.

כאא׳ vel בארבע אמות in quatuor cubitis i. e. in domo sua. Respondet vernaculo: zwischen seinen vier Pfälen; vel בן אדני אבי filius domini patris mei.

בב׳ vel בו ביום hoc ipso die, vel בעל ברית dominus foederis, sponsor fidei, ein Gevatter. Item Brabanter v. g. Spitzen etc.

בעל דבר בד׳ (Baldover Judaei nostri pronuntiant) Sceleris fax et tuba, Actor communis.

בבד׳ die secundo et quarto h. e. die Lunae et Mercurii. In calendariis e. g. אין מתחילין בבד׳ Non inchoant (Rabbini) die Lunae et Mercurii, praelectiones, aut commentationes suas, si dies isti cadunt in dies ab Astrologis atro carbone notatos.

בדרך אחר—בד״א alia via s. alio modo.

בית דין אומות העולם—בד״אה Judicium nationum mundi, seu gentium. In oppositione iudicii iudaici.

—בד״חם

בית דין התימות מטה—בד"ח senatores subscripti.

בית דין צדק—בד"צ tribunal iustum.

בדברי רז"ל—בדרז"ל in verbis Rabbinorum p. m. Vid. R. Chagis M. Chach. f. 67. c. 4.

ב"ה vel ברוך השם laudatus sit Deus. In frontispicio epistolarum ante loci nomen: vel post והוא ב"ה et ille (Deus) benedictus in Rosch Amanah R. Js. Abarbanel f. 28. p. 1. lin. 6. a fine, f. 27. p. 1. fol. 26. p. 2. item post

שם הויה בה (Schem schellefeia nostri efferunt) Nomen Dei essentiale in R. M. Chagis מ"ח f. 49. c. 1. vel

בין השמשיות inter diem et noctem: Abenddämmerung. Vid. Buxtorf. L. T. f. 2461. vel בני העיר ciues.

בשם השם נעשה ונצליח אמן—בהנ"א in nomine Dei prospere procedemus. Amen. In capite disputationis, aut commentationis inchoandae.

בן המנוח—ב"הם filius defuncti. Anno post obitum patris primo, filius ante nomen proprium patris hac formula vti solet. Si vero pater amplo natus loco, et magna auctoritate fuerit, in honorem illius, plus anno aut triennio filius eam adhibet. D. Luchas Edus f. 27. 1. lin. 31.

בוא וראה—ב"ו veni et vide h. e. tuis oculis vide. it Baumwollen Zeug, Tücher. in ratt.

בזה בחור לאחד—בז"בלא per hunc et hunc, qui ad caussam alicuius orandam electus est. In formulis iudicialibus.

בזה הלשון—בז"הל hoc modo. In examine testium.

ב׳ חדשים—בח׳ duo menſes. In litteris cambialibus. Chinnuch Lannaar p. 38 l. 12.

בחרם חכמים—בחח׳ l. חומר sub anathemate maximo, l. ſapientum.

בחי׳ vel בחזקת יד vi aliquem cogere, mit Gerichts-Zwang. vel בחתימת ידים cum ſubſcriptione.

בטבע׳ בטביעת עינא contemplatione ſtudioſa, proprie oculi infixione v. c. in Luchas Edus fol. 41. col. 2. in med.

אנו חמ׳ מעידים ומסהדים איך חתימת הנ׳ אנו מכירים בטבע׳ דהי חתי׳ של החכם השלם המקובל הגדול והחסיד כמהורר אברהם ישראל משולח מע׳ק ירושלי׳ ואי׳

h. e. Nos ſubſcripti teſtamur et probamus poſt diligentem ſubſcriptionis ſupra laudatae examinationem, quod ſit chirographum ſapientis, perfecti, cabbaliſtae magni pii Domini Rabb. Abraham Jſrael (elemoſynarum colligendarum cauſſa) miſſi ex vrbe ſancta Jeruſalem, et e terra Jſrael.

בריאה יצירה עשיה—בי׳ע creatio, formatio, elaboratio. In Maaſeh raf fol. 106. p. 1. in fine. Conf. Tikkun haſſohar f. 13. p. 2. med.

בכ׳ vel באי כוח oriundi ex robore h. e. filii et nepotes. Item בעלי l. באי כחי[X] mei cum facultate miſſi, meine Gevollmächtigten. Vel ב׳ כפות duo cochlearia. Legi in epiſtola R. Juspa Suerinenſis. [X] In Jam Schel Schelomoh Berl. 1761. f. 1. p. 2. l. 36.

ב׳ למאה—בל׳ duo pro centum.

בלאו הכי—בלאה׳ ſine hoc, nulla habita ratione. Luchas Edus f. 3. p. 1. l. 31. praef. et in epiſſ. f. 15. 1. l. 15. f. 77. p. 2. l. 18.

בלא שבועה—בלש׳ absque iuramento v. gr. Nachlas Schivah fol. 65. 3. 4.

בס״ם vel בעל מלחמה miles, vel בן מהורר filius Rabb. vel בו מבואר in illo sc. capite explicatur. Vel centies occurrit in indice libri Nachlas Schivah sine et cum praefixo Vav; vel בלתי מושלם imperfectum. Praecedere solet עבר i. e. Praeteritum v. c. Lombroso Comment. f. 109 p. 2. It Baumwollen Zeug. In rationibus saepe occurrit.

בנ״א—בנסחא אחרנה ישנה In exemplari alio vetusto apud Jom Tof ad Parali XI. 5.

במ״כ—במעקלן בורג In Megapoli.

במ״כ—בר מעלת כבודכם excepta vestra celsitudine.

בנ״נ—בפני נחתם me praesente subscriptum est.

בע״ע l. בפני עצמו pro se ipso; l. בעל עגלה auriga; l. בערך ordine, nimirum.

בע״ה—בעל השטר l. בעלת qui aut quae possidet chirographum v. g. Tikkun Schtaros fol. 42. 2.

בע״פ—בעל פה memoriter. R. Mos. Chagis l. c. fol. 57. c. 1.

בפ״ם—בעל פליטה perfuga, fraudator. Banquerottirer, ein Landstreicher.

בפ״ם l. בפועל ממש opere quodam, nimirum apprehensione sudarii confirmare conuentum: l. בפה מלא ore pleno. sc. stipulata manu (תק) et disertis verbis aliquid sancire.

בש״ duo solidi. zwey Schilling, Stüber.

ברה״ר—ברשות הרבים Consensu, permissu multorum.

Littera ג.

גר״ל—grossus polonicus.

גג״—Gute Groschen.

גו״ח—

גלילות ידך הנקיה—גי״ה Volutatio manus tuae purae i. e. litterae tuae.

גז״ח l. ג׳ חרשים tres menſes; l. גזרת חרם ſententia proſcriptionis.

גט״ט גדולים טובים groſſi boni, Gute Groſchen.

גע״ג—tria ſuper tria in R. M. Chagis f. 73. c. 1.

גפ״פ vel ג׳ פגים tres groſſi; vel ג׳ פעמים tribus vicibus, ter Jalkut Rubeni f. 173. c. 3. Emek Berachah f. 37. p. 1. Kizzur של״ה f. 42. c. 4. Schemos Rabba f. 109. c. 1. Matteh Moſche f. 86. 4. גלילות ידך קבלתי—גי״ק epiſtolam tuam accepi.

גר״ר ג׳ רביעית

גש״ש גלגול שבועה deuolutio iuramenti in alium; it. ז׳ שבועות tres Septimanae; it. ג׳ שמיניות; it. ג׳ שנים tres anni; it. ג׳ שאסטאק drey Schoſtack, ein Tympf. Nachlas ſch' f. 43. c. 2.

Littera ד.

דר״א דרך ארץ huius ſeculi mores Chagis l. c. f. 94. c. 4; item דין ארצות Judicium terrarum ſc. Poloniae maioris et minoris, Ruſſiae minoris et Lithuaniae. Chagis l. c. § 350. Anton vom Sabbathai Zevi p. 48. it. ד׳ אמות quatuor cubiti, Chagis l. c. §. 348. 352. 357. et in Schtaros.

דאו״ה דין אומות העולם Judicium populorum mundi. Scribitur quoque ſine He דא״ע.

די בזו לחכמים—דב״ל sufficit hac re sapientibus. Sapienti sat. Efferunt quoque per למבין intelligentibus.

דין הוא—ד״ה hoc iustum est: it. demhaftig i. e. demütig.

דינים ודברים—ד״ר contentio atque rixa Schtar. 41.

דין יהודים—ד״י forum iudaicum. Scribitur quoque cum Beth et Caph praefixis. It. pro Numero ד״ר 14 legi in clausula aliquot Jnstrumentorum: de Die.

דין ממונות—ד״ם iudicium pecuniarium. It. דענוש מעות Dänisch Moos s. Geld.

ד״פ dienstfreundlich. Jn epistolis styli mixti ebraeo germanicis saepius legi: ד״פ Antwort: ד״פ zu grüssen.

ד״ק Dänisch Courant.

ד׳ שעות—ד״ש quatuor horae. Chagis l. c. f. 9. c. 3. med.

דרך שבוע גמור—ד״שג tanquam iuramentum completum sc. super librum legis iuramentum, quod שבועת דאורייתא schwua dereisa iuramentum legis, Judaei dicunt.

דורש שלומך תמיד—ד״ש״ת quaerens prosperitatem tuam semper. Addunt interdum כו״ת i. e. כל היום quotidie. In calce epistolarum. v.g. Luchas Ed. f. 17. 1. Lin. antepen.

דפוס—ד׳ typus. In Catalogis libror. v. g. ד׳ אמשטרדם Amsterdammer Druck.

דור״ש v. c. in titulis Rabbinorum praemissa voce אריה leo indagans. Sed vox apicibus notata innuit, quod sit דרשן s. oratorum, concionatorum leo et princeps. Cf. Luchas Edit f. 16. 1. l. 4.

Littera

Littera ה.

הן—ה׳ ecce.

האיש אלהים—ה״א vir diuinus.

היריד ברונשווייג—הב״ nundinae Brunſvicenſes, it. Hamburg.

הד״שת vid. ſub littera Daleth.

החכם הרב—ה״ה ſapiens ille Rabbi; it. הוא הרב ille ipſe Doctor. Vid. Wolfii Biblioth. E. T. IV. p 1191. It. הוא הדבר haec rei natura eſt

האיש המקדש—ה״הם Vir iſte ſponſalia parans. In Schtaros.

הזה אמת—הז״א hoc verum eſt.

החלול השם—הח״ה profanatio nominis diuini.

השם ינקם דמו—הי״ד Deus vlciſcatur ſanguinem eius. Votum hoc nominibus eorum, qui vel ob patratum facinus a Chriſtianis ſupplicio affecti, vel a latronibus, feris, in tumultu et i. g. a. trucidati ſunt, Judaei ſubiicere ſolent, exiſtimantes גזל גוי מותר expilare Chriſtianum licitum eſſe. Quam ob cauſſam Judaeus, ſupplicio affectus, ſi vel ſit ſcura peſſimus, homicida, incendiarius etc. nihilo tamen ſecius Judaeis dicitur: ſanctus, purus, inſons etc. Vid. Wolfii B. H. T. I. p. 225. Sepher Hiſchtaaros Melech hannegef im Melech hattzavon in הסכמות f. 2. a. lin. antepenult.

מאיר בהקדוש מהור״ר שמשון הכהן זצ״ל הי״ד h. e. Meier fil. ſancti R. Schimſchon ſacerdotis, cuius iuſti memoria ſit benedicta, cuiusque ſanguinem Deus vlciſcatur! Lubet hic adſcribere memoratu dignam formulam conſecrationis Judaei Lübſa, oppido megapolenſi oriundi (qui immani crudelitate mulierem

Luchas Edus f. 25. 2. lin. 28. [illegible] היד [illegible] it. in Sepher Gerſa dinuka f. 1. p. 2. lin. 10. [illegible] it. in R. Schabtai Amſtel 1680. 4. in titulo. lin. 10. [illegible] היד ib. f. 2. p. 1. col. 5. Miſchnas Chachamim f. 57. p. 1. col. 2. lin.

[illegible] vlt. [illegible]

mulierem christianam in via publica inter Lübsam et Parchimum maximis cruciatibus Anno 1766. trucidauit, ideo ad dignum rotae supplicium tractus) quam Judaei Sverinenses in suis synagogis, per annum et quod excurrit, solenni ritu recitarunt, quamque Judaeus quidam, qui hanc dementissimam temeritatem ex animo detestabatur, furtim et remotis arbitris, raro exemplo mecum communicauit.

R. Chaüm Friedberg Butzouiensis Judaeus

אנא ה׳ אלקי ישראל השוכן בתפארת עוזו בזכות מזמורי תהלים
ובזכות פסוקיו ותיבותיו ושמותיך היוצאים מראשי תיבות
וסופי תיבות שקראנו לפניך לשם נשמת הקדוש והטהור
רבי מרדכי הנולד מן רחל אשר מסר נפשו ורוחו וגופו
ונשמתו על קדושת שמך הגדול והנורא וקיים מצות
עשה שצוית בתורתך הקדושה והטהורה ואהבת את
ה׳ אלקיך בכל לבבך ובכל נפשך ובכל מאודך אפילו
ניטל את נפשך ותמיד יהא פתוחין לפניו תרעין דרחמי
הכלי דרעווי רעווא דכל רעווין ויזכה לנחול שני מאות
עלמין כמו שנאמר כרמי שלי לפני האלף לך שלמה
ומאתים לנוטרים את פריו ויהא חלקו בתוך אינון צדיקייא
דמסרו גרמייהו על קדושת שמך הגדול והנורא דהווי
עאלין בתליסר נהרי דאפרסמונאי וקבה משתעשע בהו
ולחזות בנועם ה׳ ההוא נועם בנפקא מעתיקא עין לא
ראתה: אלהים זולתך יעשה עתיק סתימא רכולא למהכה
לו אמן סלה ועד.

Precationem hanc concinnauit Judaeus doctus Sverinensis Joseph Praeger qui affinitate cum hoc damnato iunctus fuit.

NB. Magnos inter Judaeos excitauit motus, quod hanc reuelauerim, dirisque me deuouerunt in suis synagogis.

h. e. Eheu! Domine Deus Jsrael habitans in decore roboris sui! in dignitate odarum libri Psalmorum, et ex merito commatum et dictionum eius, nominumque tuorum ex abbreuiaturis initialibus et finalibus prouenientium, inuocamus te nomine animae sancti et puri R. Mordechai, a Rahel prognati *), qui tradidit animam et spiritum et corpus et halitum suum propter sanctitatem nominis tui magni formidolosi, et exsoluit praeceptum, quod mandasti in lege tua sancta

cta pura, nimirum diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota facultate tua, si vel tibi pereunc.m sit. Quam ob rem sint semper ante eum apertae portae commiserationum et omnis generis oblectationum et deliciarum, digneturque hereditate ducentorum mundorum, sicut scriptum est Cantic. 8, 12. Vineam meam quod attinet, tibi o Salomo (pro eius custodia) mille, et ducenti custodientibus fructum eius (v. Sohar. f 96, 2. 119. 1.) Sit quoque portio ipsius in medio illorum iustorum, qui tradiderunt corpora sua propter nomen tuum sanctum, magnum et tremendum, quique ascenderunt per tredecim fluuios balsami puri. Et Sanctus benedictus ille (Deus) oblectet se illo, vt videat suauitatem Domini, illam nimirum ab aeternitate profluentem dulcedinem, quam oculus non vidit praeter te o Deus, qui faciet omne antiquum absconditum (i. e. abolebit) ei, qui sperat in eum Amen, Sela et veritas. (Jes. 64, 4. Sohar. f. 207. b.)

*) Ratio, cur matris tantummodo, et non patris mentio facta sit, est, quod nemo dubitare possit, quin sit illa vera illius mater; quum e contrario in dubio positum sit, vtrum diabolus aut alii scortatores rem cum matre habuerint, vt adeo multorum patrum, quorum verum nosse difficile esset, filius existeret, quem Deus ideo falso crederet, personam illam a Judaeis Ipsi commendatam, atque ita preces eorum supplices, irritas redderet. En versutam ardelionum barbatorum curam et circumspectionum!

היותר מוקבל—הים scil. לזמן qui quam maturrime aduenit. Item הירוד מנהיים nundinae Manheim. Luchas Edus fol. 16. 2.

—הים

מוביל—הם׳ היה מביא l. apportauit v. c. litteras.

המאור הגדול—המא׳ג lumen magnum. Tit. hon.

המלת׳עב הסגיע לידו תבוא עליו ברכה Tradens sc. epistolam in manum N. sit fortunatus! Plures eiusmodi formulas, quas inuolucro litterarum inscribere solent arte multa, vide apud Buxtorfium in Abbreuiat. et institutione epistol. Wolfium in B. H. l. c. quibus sequens etiam addi potest: הברוח i. e. הפותח בלי רשותי ידקרנו חרב Laxantem vincula epistolae absque venia mea, transfodiat gladius! Venit quoque cum Vav. Institutio epistolar. p. 60. Kümmet gram. ebr. p. 315.

הנ׳ל היה נוטל portabat.

הנ׳ל הנירא לפנינו qui apparuit l. stitit se coram nobis. It. הנזכר לטובה quod commemoretur in bonum! In rationibus expensorum et voti et gratiarum actionis caussa adhibent.

הנע׳ל היה נא עוזר לנו sis quaeso nobis adiutor! Birchas Hammason f. 28. p. 1. Vidi quoque in tabulis Expensorum, euphemiae et boni ominis gratia scriptum, quoties diei praecedentis mentio iniecta erat; et tunc legendum הנזכר עלינו לטובה.

הפס׳ד הפסק דין sententia iudicialis.

הק׳ הקטון paruus. Item הקצין dines. Item הקדוש sanctus, qui martyr reputatur. It. הורג קין interficiens Cainum in Comment. Lombroso ad Genes. IV. f. 3, 1.

הר׳ Hofrath. id. השענה רבא v. g. in Calend. Furth 1760. f. 4. p. 2. lin. 1. et 1761. f. 2. p. 2. lin. 1.

השו׳ק הכל שריר וקיים omne sit firmum et stabile. In calce contractuum.

התשבע׳פ

